

non ad alium effectum, ita & in c. 1. de milite Vassalo, qui contumax est, ut vassalus ob delictum, privetur feudo, non sufficit unica monitio, sed trina requiritur, at hæres absque monitione incurrit privationem, Bald. in Auth. hoc amplius num. 16. C. de fideicom., Ancaran. in c. nos quidem num. 5. de testam., Menoch. de adipisc. remed. 2. num. 761. in fine; Spada conf. 276. num. 1. licet post Massin. de confisc. con rarium videatur sentire, Conciol. alleg. Civil. 79. num. 27. vers. quod eo magis; sed discussionem hujus articuli vide infra de negligentia hæredum in particulari p. 2.

20 Fallit nond, ubi dies esset appositæ gratia finiendæ obligationis, ut volo teneri usq; ad annum, hoc interim debes interpellare, l. exempto §. denique §. cassius ff. de act. empt., Jason in d. l. si ex legati num. 14. limit. 2.

21 Fallit decimò, ad effectum causandi malam fidem, & sic peccatum, Hostiens. in summa de præscript. Jason in d. l. si ex legati nu. 14. limit. 3., Baver supra p. 2. num. 5.; quod intellige, quo ad forum conscientiæ, ubi non attenditur præsumptio.

22 Fallit decimoprimum, si dies sit appositæ, causa multiplicandæ obligationis, ut in legatis annuis, Jason supra limit. 4., Alex. in l. Stichum §. stipulatio ff. de verb. oblig., Salycet. in l. magnam C. de contrab., & commit. stip., & Alex. in l. quoties num. 3. & in l. insulam nu. 17. ff. de verb. oblig., quia dies apponitur obligationi, non solutioni.

23 Fallit decimosecundò, si venditor promisit non petere, usque ad Pascha; tunc lapsus diei non sufficit, sed requiritur interpellatio; Alex. in l. si unus §. 1. ff. de passis, Jason in l. si ex legati num. 15. limit. 7. ff. de verb. oblig., Baverius de mora p. 2. n. 7. Vers. 11.

24 Fallit decimotertiò, si dies appositæ esset nimis brevis, ita ut considerato opere faciendò, loci distantia, aliisque circumstantiis concurrere debentibus, tempus decurrens, usque ad diem appositam, non sufficiat iudicio prudentis; tunc lapsus diei, non constituit in mora, bon. tex. in l. si mihi §. si quis servus ff. de leg. 1. ubi & Bald., quia impossibilitas, vel magna difficultas excusat à mora, §. loca instit. de verb. oblig., gloss. ibid. in V. tempus; ita citatio, pro termino nimis brevi, non sufficit ad constituendum negligentem, quia nulla est: Vantius de nullit. ex defectu citationis num. 65., Ubert. de citat. c. 9. num. 473. & num. 530., & seqq., & c. 16. num. 128.

25 Limitat tamen Baverius in tract. de mora p. 2. num. 3., gloss. in d. §. loca in V. impossibilis in addit., ibique Aret. num. 2., valere tantum in contractu bonæ fidei; aut ultimis voluntatibus; in quibus temporis angustia, sicuti, & omnis conditio impossibilis vitiatur, §. impossibilis instit. de hæredibus instit. gloss. in V. pro non scripta, dicit id esse favore ult. volunt., secus in contractibus stricti juris, in quibus temporis angustia, sicuti & conditio impossibilis vitiat contractum, §. si impossibilis instit. de inutil. stipulat.

26 Fallit decimoquartò, in locatione ad certum tempus, quia debet locator, vel conductor, si iste noluit perseverare, vel ille non ulterius protrahere locationem, interpellare, & notificare, Bald. in l. 1. §. fin. de eo qui pro tut., Jason in l. si ex leg. causa nu. 15. limit. 6. de verb. oblig., qua notificatione, & interpellatione ommissa datur tacita relocatio, & reconductio; Pigant ad statutum Ferraricæ rub. 34. num. 36., Caroc. de locat. p. 3. declarat. 13. q. 34.

27 Fallit decimoquintò, in facto negativo, ubi etiam si dies certa sit appositæ, tamen requiritur interpellatio, ad differentiam positivi, Pigant ad statut. Ferrar. tom. 2. rub. 127. nu. 38. V. & in omnibus; Vivius com. opin. p. 2. opin. 611., rationem affert. Innoc. in c. extirpandæ ad finem de præben., & dignit., quia scilicet non facta latent, facta verò, se manifestant, ut si Clericus teneatur residere, & etiam addiecta pœna negativa si non resederit, ad incurrendam pœnam requiritur interpellatio. Pigant ad statu. loco supra citato. Baver de mora p. 2. num. 25., quam rationem improbat. Felin. in c. 2. num. 4. de magistris, ubi ipse limitat, quandò est appositæ dies, si requiratur ministerium alterius, quia eo deficiente, alter non dicitur negligens, nec in mora, puta si dicatur (si beneficiatus non fecerit inventarium, unà cum Parocho omnium suppellectilium per totum mensem Augusti, incidat in pœnam decem aureorum,) in hanc pœnam, non incidat, si omissio contingat ex defectu Parochi, cujus præsentia, & ministerium requiritur, quod & fufus dicam infra, de Iudice negligente, & Exequutore litterarum Apostolicarum, & iterum, Felin. d. num. 4. V. 4. limita., dicit. Hanc fallentiam habere locum in alio casu, quando scilicet non est notorium, quod omittens habeat, vel non habeat aliquam excusationem

à de-

à delicto, an justè omiserit, vel injustè, debet interpellari, saltem ut rationem reddat omissionis; quod est valdè notandum, quia militat hæc ratio in pluribus casibus.

28 Sed melius, in hoc casu, intrat doctrina Imola in c. extirpandæ num. 15. de Præb., & dignit.; quod citandus sit, ad videndum declarari, se incurrisse in pœnam, & tunc patebit de excusatione, si habeat, quod & dixit. Menoch. de arbitr. Jud. c. 220. num. 6., ubi quod in casibus, in quibus non requiritur interpellatio, semper tamen requiritur declaratio Judicis, incursum esse negligentiam, & pœnam per regulam plurium D.D. auctoritate firmatam à Menoch. supra, quod in casibus, in quibus operatur ipso jure, semper declaratoria facti requiritur; Pigant. ad statut. Ferr. vol. 2. rub. 122. num. 3. ad finem, post Manticom, & Cordubam.

29 Fallit decimosextò, ubi Jus requirit monitionem, ut in c. 1. ibi infra mensem requisitus de sent. excom. in 6., & in c. 1. ibi si petatur de sepult. in 6., Felin. in c. 2. num. 4. V. tertio nota de Magist., vel requiratur monitio ex conventionem partium; Alex. in l. si insulam num. 19. V. Sexto fallit, ff. de verb. oblig. Baverius de mora p. 2. num. 6. vers. 9.

30 Fallit decimosseptimò, ubi probabilis est ignorantia, ut cum agatur de facto alterius, ut in hærede, qui potuit probabiliter ignorare diem conventum ab auctore suo, propterea lapsus diei, non constituit eum in mora; Bartol. conf. 230., Gabriel. lib. 3. de solut. concl. 9. num. 25.

31 Fallit decimoctavò, si dies sit appositæ, causa demonstrationis, Gabriel. supra num. 36., quia sicut non differt obligationem, ita neque interpellat, & est obligatio absoluta, non verò in diem. Paul. de Castro: per tex. ibi, quem dicit singularem in l. liber homo 117. §. decem bodie ff. de verb. oblig., Alex. in l. si insula num. 18. ff. de verb. oblig.

32 Fallit decimononò, si debitum non erat liquidum, quia legitimè excusatur ex liquidatione desiderata. Alex. in l. si insula n. 21. octava falantia ff. de verb. oblig., Barbosa ad l. divorzio §. fin. num. 40. ff. solut. mat., & in l. si mora num. 64., & ibi, an requiratur obligatio. Bald. in l. acceptam V. sexto oppono: n. 19. C. de usur. per l. 2. C. de Usur. in fruc. leg., Alex. consil. 191. num. vol. 2.

33 Fallit vigesimò, ubi obligatio in diem inita esset pacto nudo, idest sine ulla juris

solemnitate, ita ut non oriatur actio, deinde adjecta fuisset pœna per stipulationem; tunc non constituitur in mora, ad effectum incurrendi pœnam, nisi per interpellationem; casus est, promittis mihi decem, cum petiero, & si non dederis, promittis pœnam l. si decem cum petiero ff. de verb. oblig., Alberic. in l. nuda num. 2. C. de contrab. & commit. stip. Alex. in d. l. si insulam num. 22. Gabriel. d. concl. 9. nu. 37. per tex. solemnem in l. nuda C. de contrab. & commit. stipul., ubi Alberic. num. 7. dicit stipulationem pœnæ intelligi sub conditione si petierit, non verificata igitur conditione, nec debetur pœna.

34 Fallit vigesimoprimum, in fidejussore non principaliter, & insolidum, sed in subsidium, quatenus debitor non solvisset, etiã determinata die; quia cum fidejussor possit ignorare, an debitor solverit, nec ne, debet interpellari, non solum, ut solvat, sed etiam debet ei notificari, quod debitor non solvit in termino, Casar de Grass. decis. 1. de fideicom. num. 6., Ubert. de citat. c. 6. num. 65. Baver. de mora p. 3. num. 9. V. 8. tempore.

35 Fallit vigesimosecundò, si obligatio esset colata in diem, non verò solutio, quia non statim, quis constituitur in mora, ac incipit obligari per ea, quæ dixi supra num. 6.

36 Fallit vigesimotertiò, in casu pensionis Ecclesiæ solvendæ, in terminis statutis in Bullis Pontificiis, reservato accessu, & regressu, in casu non solutionis ad effectum, ut scilicet sit locus accessui, & regressui, non sufficit omissio solutionis statuto tempore, sed ulterius requiritur monitio, & interpellatio, quia hujusmodi regressus non datur, nisi concurrat protervia, & protervia non concurrat, nisi facta interpellatione. Rota decis. 311. p. 5. divers., post quam Pigant. ad stat. Ferr. tom. 2. rub. 127. num. 37.

37 Fallit vigesimoquartò, in alio casu pensionis, quo beneficiarius monitus fuisset solvere pensionem decursam, cum assignatione termini, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda; nam per solum termini lapsu, non incurrit excommunicationem, sed requiritur nova creditoris instantia, & declaratio Judicis, quia talis instantia excommunicationis, pendet à voluntate pensionarii, quare necesse est, ut nova monitione, instantia, & declaratione, suam voluntatem declaret, quod non solum valet pro foro externo, sed etiam pro foro conscientiæ; quia debi-



debitor humano modo, idest per extrinsecam manifestationem, debet esse certus de voluntate creditoris, à qua pendet incursus, ita post *Navaram Couaruviam, Suarez: Filius. Alterium*, sustinet *Bonacina de censur. in particul. extra bulla Cœne disp. 2. q. 1. p. 1. num. 11.*, contrarium sustinent *Gigas. de pens. q. 77.*, *Navara de elect. fori sec. 1. q. 5. num. 10.*, alique relati per *Sayr. de cens. lib. 1. c. 11. num. 20.*, *Barbosa Praxi exigendi pensionem p. 1. q. 8. num. 32.*, prima tamen sententia est valde tuta, & optimè rationi innixa, idè tenenda.

38 Fallit Vigesimoquintò, in minore, à quo non solum ex lapsu diei, sed neque ex interpellatione sibi facta incurritur mora, negligentia, aut contumacia si careat Curatore, latè *Ubert. de citat. c. 14. num. 440.*, & *seqq.*, & *c. 16. num. 131.*, *Baver. de mora d. p. 3. num. 10. V. decimo tempore.*

39 Fallit Vigesimoextò, quo ad factum, & executionem devolutionis bonorum Emphiteuticorum, casu quo possessores per annum, & mensem non curaverint petere, & accipere Investituras, quia licet ipso facto cadant, & bona devolvantur ad Ecclesiam, neque opus sit declaratione, quo ad ipsam devolutionem, tamen quo ad factum, & exe-

utionem, requiritur interpellatio, quia in facto debet apparere de negligentia, *Pigant. ad Stat. Ferr. tom. 2. rub. 127. num. 35. vers. dicitur autem.*

40 Quæri solet utrum ex generali citatione, vel proclamate per edictum, quo citentur, quicumque sua putaverint interesse, si aliqui in termino assignato, neglexerint comparere, Jure suo priventur? & resolvit *Cephal. consil. 29. num. 24.*, quod cum hoc non habeatur in Jure expressum, & alioquin talis privatio sit res odiosa, ac consequenter restringenda *c. odia de reg. Jur. in 6.*, ex tali negligentia non privari Jure suo, tenendum esse, tamquam contra æquitatem; tùm quia potest semper se tueri, non comparuisse, quia sciebat jura sua salva fore, *ad allegata per Antonium Gobium consultat. decisivo 53. nu. 24.*, & hoc certum, si aliquam verissimilem excusationem habeat, ut absentia, minoritatis, & alias de quibus, *Ubert. de citat. c. 7. num. 390.*, sicut etiam hoc certum dicit, si elapso termino, compareat tamen antequàm Judex interloquendo imponat silentiũ, *Felin. in c. gratum sub. num. 3. de officio Judic. delega.*, ubi tres excipit casus ibi videndos.

## ARTICULUS V.

*An, & quando ad moram, & negligentiam incurrendam, requiratur interpellatio, ubi in obligatione non est apposta dies certa.*

**U**amquam de Jure verum sit, quod obligatio, absque temporis præfinitione, obligat ad statim *l. in omnibus 14.*, ubi *Cagnol. ff. de reg. Jur.*, attamen cum plures possint contingere excusationes, idè non solvendo statim, non dicitur in mora, aut negligens; quare regula est, quod post interpellationem Judex arbitrio suo regulato, statuatur tempus, infra quod solvat, alias fieret negligens. *Menoch. de arbit. Judicium casu 27.*, *Cagnol. in l. in omnibus 14. de reg. Juris.*

2 Regula ergo est, quod ubi non est dies certa, apposta in obligatione, requiratur in-

terpellatio *l. Titia. Sejo. §. Usuras. ff. de leg. 2. l. mora ff. de usur.*, *Bald. in l. non ignorat C. de fruct.*, & *lit. expensis*, *Abbas. in c. licet el. 1. de sum.*, *Sylvest. vers. mora num. 1.*, *Azor. p. 3. l. 4. c. 34. q. 2.*, *Felin. in c. si autem num. 3. de rescript.*, *Bartol. cons. 98. lib. 2.*, Tum quia in omnibus factis negativis, necessaria est interpellatio, & monitio; *Rota decis. 26. num. 5.*, *decis. 236. num. 3. p. 2. Divers.*, *Pigant. ad Stat. tom. 2. rub. 127. num. 38. V. & in omnibus*, ubi *num. 40.*, Quod ignorantia præbet justam excusationis causam; sicque requiritur interpellatio, quoties lex loquitur negativè, ut si non fecerit, si non dederit, puniatur &c., *Valerius de different. utriusque fori*

*fori V. lex differentia 4.*, tùm quia, cùm dies est incerta, non est major ratio, quod committatur mora hodie, quàm cras, hoc anno, quàm altero, & dies incerta æquiparatur conditioni *l. dies incerta ff. de condit.*, & *demonst.*, Ad tollendam igitur hanc indifferentiam, & ponendam majorem rationem requiritur interpellatio; tùm etiam quia debitor semper potest se excusare cum tali incertitudine diei; ubi autem competit excusatio, ibi nec mora, nec negligentia incurritur *reg. 60.*, non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri *de reg. jur. in 6.*, *l. si quis solutione ff. de Usur.*, Interpellatur ergo debitor, ut sciat, vel scire debeat, quando teneatur, *Gales. de obligat. cameral. q. 4. num. 17.*, *Rota decis. 124. n. 11. impressa post Zachiam de oblig. Cam.*, *Baverius tract. de mora*, quàm sententiam in puncto juris, dicit veriore *Bertazol. de claus. instrum. claus. 4. glos. 11. num. 1. vers. contrarium tamen*, requiritur pariter interpellatio, ex iisdem rationibus, quando obligatio est de solvendo ad omne beneplacitum, & voluntatem alterius. *Rota coram Panphilio Decis. 31. num. 8. impressa post Zachiam de oblig. Cam.*

3 Idè executor datus, ut provideat negligente Capitulo, eo quia non est dies certa, non potest providere, quin prius assignet competentem terminum Capitulo, cum monitione, alias &c., ut declarat *tex. in c. si Capitulo de concess. Præb. in 6.*, ubi *glos. notat*, quod alias Capitulum posset appellare, & facit *tex. in c. si tibi absenti de Præb.*, & *dignit. in 6.*, Constituitur etiam in mora, & negligentia per litem contestationem, per quàm judicium dicitur captum. *Alex. in l. vinum ff. si certam pet.*, *Baverius de mora p. 3. num. 13.*, ubi *n. 15. limitat*, id habere locum si reus contestaretur litem, confitendo debitum; secus si negando; quia in hoc casu, à die citationis, & libelli censetur constitutus in mora, & negligentia, *Bald. in l. edita C. de edendo, Roman: singular. 413.*

4 Prærequisita interpellatio sufficet, sive judicialis, sive extrajudicialis sit *l. qui. Romæ §. Cobaredes ff. de verb. oblig.*, *Ubert. de citat. c. 6. num. 56.*, *Menoch. de arbit. Jud. c. 220. num. 25.*, *Jason in l. vinum ff. si certum pet. n. 15.*, *Magon. decis. Florent. decis. 103. num. 3.*, *Barb. ad l. si mora num. 10. ff. solut. matri.*, quod dictum certum est, quo ad forum conscientia, at quo ad forum externum, dif-

tinguit *Sabyc. in l. nuda C. de contrab.*, & *com. mit. Stipul.*, quod in pacto vestito, sufficit extrajudicialis; in pacto verò nudo necessariò requiratur interpellatio judicialis, nec sufficiat extrajudicialis per *tex. in d. l. nuda.*

5 Immo quod sufficiat interpellatio per verba enuntiativa, *Socin. collect. reg. Jur. littera 1. reg. 17.*, *Magon. d. decis. 103. num. 3.*, *Leoncil. decis. 92. num. 1.*, maxime si debitor sit persona, cui debeatur reverentia, & quod sufficiat per verba incitatoria, & indicativa propriè indigentia creditoris, etiam per modum narrationis, *Vivius com. opin. p. 2. opin. 523. num. 2. 3. 4.*, *Baverius de mora p. 1. n. 35.*

6 Verum tamen est, quod non quælibet simplex interpellatio sufficit, ad constituendum in mora, & negligentia, sed requiritur interpellatio cum præsentatione, & reali exhibitione jurium, ex quibus interpellatus doceri, & instrui possit, *Tiraquell. de retr. convent. §. 4. glos. 6. num. 5.*, *Peregrin. de fideicom. art. 9. num. 79. ad finem.*

7 Facta interpellatione, non statim debitor incidit in moram, & negligentiam, sed post tempus, arbitrio prudentis Judicis, qui arbitrabitur, considerato opere faciendo, loco, tempore, & cæteris circumstantiis; *l. quod dicimus l. Ratum ff. de solut.*, *Rota coram Gipsio impressa post Zach. de oblig. cam. decis. 20. num. 10.*, *Cagnol. in l. in omnibus 13. num. 1. ff. de reg. Jur.*, per *glos. solemnem in l. Emilius in V. restitui ff. de minor. Decis. in eodem l. in omnibus ff. de reg. Jur.* quia valde iniquum esset, quem eodem tempore simul obligari, & in mora constitui; *Menoch. de arbitr. Judic. c. 36.*, *Farinac. repert. Judic. q. 75. nu. 16.*, *Baverius de mora p. 3. nu. 1.*

8 Interpellatio enim est initium moræ, nõ autem ipsa mora; *Cocchin. decis. 1088. nu. 1.*, ubi quod mora paulatim nascitur, ex interpellatione, eique conjunctus est temporis lapsus.

9 Quam tamen moderationem limitat *Cagnol. loco citato num. 4.*, & *4.*, primò in præcariò, quod statim præcisè revocari potest, quia hoc est de natura præcarii; idè statim post interpellationem, incurrit moram; secundò in casu quo hodie, seu determinata die promissum solvere; sed iste casus spectat ad dicta, superiori articulo de die certa.

10 Et quandoque unica interpellatio non sufficit, ad constituendum morosum, & negligentem, sed plures requiruntur, ut in casu de superiore convincendo de negligentia, tunc trina requiritur monitio *c. 1. de suppl. negl.*